242

1510. 15. Novembr.

Sigism: I. Rex Poloniae Joanni Iwo=rowski Capit. Stipen.

Mittimus Tibi et Stipendiarijs Nris tuae Prae=fecturae commissis stipendium promeritum et ad fu=turum Quartale Anni. Tu fac cures diligenter, ne hostes incursu facto, damna in Dominijs Nris agant. Etiam ad hoc attendas ut stipendiarij nri sic equos suos habeant curentque, ut aequum est, ne tot equi, ut fit, in damna scribantur et computentur. — Contineatis autem Vos in locis istis remotiori=bus, quia in propinquis inutilis esset custodia et commoratio Vra. Ob hanc autem curam te et com=militones tuos gratia Vra prosequi volumus. Cra=coviae, 15. Novembris, 1510. Ao.